

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Primam & Secundam
complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit, Cum jndicibus ...


**Gerhard, Johann
Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp**

Hamburgi, MDCCIIII

VD18 90617789

Vorwort

urn:nbn:de:gbv:45:1-18162



SERENISSIMÆ ATQVE POTENTISSIMÆ
PRINCIPI AC DOMINÆ,

DOMINÆ CHRISTINÆ,
D.G.SVECORUM, GOTHORUM VANDALORUM-
QUE REGINÆ, MAGNÆ PRINCIPI FINLANDIÆ, DUCISSÆ
ESTHONIÆ, CARELIÆ, BREMÆ, VERDÆ, STETINI, POMERANIÆ, CASSUBIÆ
AC VANDALIÆ, PRINCIPI RUGIÆ, DOMINÆ INGRIÆ AC
WISARIÆ, &c.

REGINÆ AC DOMINÆ CLEMENTISSIMÆ
FELICITATÆ PERPETUAM!



D quod, Serenissima Potentissimaq; Regina, Domina clementissima, procul omni ambiguo facturus B. Parens meus es-
set, si caducæ hujus vitæ usurâ etiamnum nobiscum frueretur, il-
lud ipsum dum ego nomine suo, & postliminiò licet, efficere
contendo, votumque Parentis ea, quâ debeo ac possum, solici-
tudine persolvo, nemo, opinor, hoc mihi verterit vitio.

Iteratam nimirum Harmoniæ Evangelicæ, cuius partem aliquam Illustrissimis Regni TUI Proceribus quondam inscriptis, editionem Regiae TUÆ Majestati humilimè non obtulisset modo ipse, sed & in gratulationem tota illius fese effudisset simul oratio, quando cognovisset, Serenissimam Majestatem TUAM Regiam communipotentissimi Svediæ Regni Procerum consensu atque applausu traditas sibi Reip. clarissimæ capessere habebas. Amplissimam omnino habuisset ille gratulandi materiam. Qui enim non optima ac summa quæque de Svediæ Regno præ sagiret animus, ex quo talem à benignissimo Numinе ad clavum ejus videmus collocatam, cuius pietas infusa, sapientia maxima, amor in subditos paternus, indulgentia in litteratos incredibilis, divinarum insuper ac humanarum rerum scientia solidissima jamdudum patentissimum totius hujus Universi theatrum impleveré. Vanus certè ego sim, si tot Trophæis, tot arcubus triumphalibus, tot Colossis, virtutum factorumque TUORUM summorum testibus clarissimis vel verbulum adjungere nunc velim. Felicissimum tamen non possum, quin inclytum Svediæ regnum deprædicem, dum non eâ solum utitur felicitate, ut TE seculi hujus decus orbisque miraculum arctius complectatur, verum etiam, quod sc̄ptro TUO ac regimine sapientissimo gaudere queat ac superbire. Republicas tum demum beatas fore, Plato putavit, si aut docti & sapientes homines regere eas cœpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrinâ ac sapientiâ collocaſsent. Quis non igitur felicem beatamque Svecorum deprædicet Rempublicam, TE, Regina potentissima, illam gubernante? TE, quæ litteris omnibus, divinis & que ac humanis imbuta non tantum ad stuporem es, verum etiam quæ Doctorum quicquid propè est Virorum sive in Germaniâ, sive in Galliâ, sive in Angliâ, sive in Belgio, immensis sumbris splendidissimisque sala-riis, præcipue tamen, quod tantæ Reginæ contueri vultum & coram venerari cottidiè ipsi deſiderant, in Regnum TUUM, in TUAS Academias, in Regiam TUAM, in aulam, in museum, imò, quod merito omnigenæ eruditioſis hodiè officina cluet, dulci quasi vi rapis trahisque. Quamplurimi ſanè inter Viros principes mirantur, (invidenter, niſi à moribus id ſuis alienum eſſet,) tot Viros eximios, qui ampliſſimis apud ſuos funti per annos plurimos muneribus ſunt, in TUUM haſtenus concesſiſſe indiesq; concedere Regnum, quod tamen ante auſpiciatiſſimum TUUM, Regina Serenissima, regimen, bellorum magis, quam mansuetudinis ac litterarum ſtudio cæteris Regnis palmam fecit ambiguum: Sed mirari, ſcio, iidem deſinent, ubi ex viris illis, qui proprius S.M.T. Reg. juncti virtutum TUARUM lumen conſpexere, co- gnoverint, quantâ ac quam inſolitâ proſus clementiā S. M. T. bona ac præclarâ proſequatur ſtudia. Quamplurimos nominare ex viris iſtis laudatiſſimiſi poſſem, quos non tam ſalario, quod quidem S.M.T.R. ampliſſimum illis ſuppeditat, quam virtutum TUARUM ſplendore.

Harm. Tom. II. ſive Gerhardi Cont. pars prim.

t

in Sve-

EPISTOLA DEDICATORIA.

in Svediam allexisti, nisi tot tantorumque Virorum Catalogus exigua has excederet pagellas: & persuasum insuper mihi habeo, recensere me nomina tam illultria haut posse, nisi iusto debitoque eruditionis eorum meritorumque adjecto encomio. Præterire vero impræsentiarum debo neutiquam S. M. T. Regiæ tum Parentis TUI sanctissimi, Religionis Defensoris incomparabilis, herois immortalis, tum & Regni TUI Procerum in B. Parentem meum, eosq; qui affinitate nobis juncti, clementiam penitus singularem: quamvis jamtum eam notam ac celebratam in tantum, ut honestè etiam tacere illam possim & interiori mentis cultu venerationeque silentii involvere sapio. Diu est, quando ipse Parens meus b. m. præco extitit summi istius favoris, quo adducti Illustrissimi Domini, Dn. JOHANNES SKYFFE ac Dn. AXELIUS OXENSTIERNA, Regiæ T.M. Regnique Svedici Senatores ac Cancellarii eminentissimi, hic Comes in Södermörke/L. B. in Rönneby/ Dominus in Syholm/Hööringsholm/ &c. ille L.B. in Dunterof, Dominus in Gronfjö & Strömsrum, Eques auratus & Regiæ Camerae, dum in vivis esset, administrator, dignum ipsum habuere quondam, quem Potentissimo Regi GUSTAVO ADOLPHO Sanctæ record. commendarent ad professionem Theologicam, in Regiâ Upsaliensi ornandam. TUA, Serenissima ac Potentissima Regina, Clementi Ma-
gnificus Vir, Dn. JOHANNES STUCKILIUS Jctus & antehac Ducis Brunsvic. ac Lunæb. Consiliarius intimus ac Cancellarius, affinitate fatis propinquâ B. Parentem meum attingens, jam nunc in Ducatis R. T.M. Bremensi atque Verdensi Cancellarius & Consistorii Ecclesiastici Praeses audit. Hujus quoque Gener, Vir itidem Magnificus atque Nobilissimus, Dominus D. HERMANNUS CONRINGIUS, Medicinæ ac Politicæ in almâ Juliâ Prof. Publ. celeb. & Comitis Oldenb. Consiliarius, vocatione TVA gratiofissimâ aliquantis per in Regiâ TVA vi-
xit, nec dimissus à R. T.M. nisi Consiliarii aulici dignitate splendidissimâ auctus. Neutquam etiam tacenda hoc loco penitus Illustris atque Excellentissimi Domini, Dn. ALEXANDRI ERSKEIN, Toparchæ in Lüdershagen & Vorland / &c. S. M. T. R. Consiliarii aulici & supremi Dicasterii citerioris Pomeraniae Praesidis splendidissimi, nec non Academia Gryphisvalden-
sis Curatoris gravissimi, &c. insignis erga B. meum fratrem benignitas est, quâ factum etiam, ut optimè jamtum in R. T.M. aulâ ō vñ c̄ aȳ 105 audiret. Hujus ipsius quoque, quem dixi modo, Viri ingentis, itemque Perillustris Excellentissimique Domini, Domini JOHANNIS ADLE-
RI SALVII, Hæreditarii in Adlersburg, Werbi & Tulingen, Regni Suecici Senatoris, aula R. T.M. Cancellarii & in Germaniam Ex-Legati Plenipotentiarii eminentissimi, &c. Utriusque Domini mei gratiosi ea in me & studia mea eximiæ omnino gratiae exstant signa, ut indies Supremum Numen devotis venerer precibus, quô bene semper esse jubeat Duurviris his, laude meâ majoribus. Atque hæc ipsa multaque insuper alia, cum primis verò ultima B. Ge-
nitoris mei voluntas, non obscuris signis declarata, animum mihi addiderunt, ut coram TE, Regina potentissima, gratulabundus jam (ut ut ob typographorum procrastinationem omnium fortè postremus) compaream, & hunc Parentis mei b. record. in Concordiam Evangelicam Commentarium augusto TUO nomini inscriptum humilimè offeram. Fave, Serenissima Regina, pietati nostræ, & si ego forsitan TIBI videor indignus, in quem clementia TUA radum aliquem mittas (id quod tamenelebratur omnium ore adverlus cunctos indulgentia TUA vel cogitare saltem prohibet) fave modob. Parentis manibus, quorum internuncium jam nunc ago & interpretem, imo fave vel libro solùm, qui ea pertractat, quæ in deliciis TIBI, pientissima Regina, fuere semper, eloquia nempe divina. Hæc cum non Ipsa tantum æstimes maximis, sed in votis quoque habeas, ut Regna etiam TUA & populi divinitus TIBI commissi & subjecti pietatem sequantur eandem: futurum omnino confido, idque præprimis inter publicas gratulantium voces jam voevo reperioque, ut TU, Maxima Regina, præterquam quod in cœlis immarcessibilis gloriæ corona TE maneat reposita, id laudis meritissimæ in orbe per seram posteritatem, cui lata intersis, obtineas, quô celebreris REGINA SAPIENTISSIMA AC CHRISTIANISSIMA, & quod inde consequetur, FELICISSIMA. Jehova Zeba-
oth cordis nostri desideria impleat! Scribebam Jenæ d. 16. Maii, anni M. DC. LII.

Serenissime Majestatis TUA Regiæ

Subiectissimus

M. Johannes Ernestus Gerhardus,
P.P. in Acad. Jenensi.

DEDI-



DEDICATIONES D. GERHARDI SECUNDO
HARMONIAE TOMO ANNECTENDÆ.

PARTIS PRIMÆ DEDICATIO.

PERILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS ET
ADMODUM MAGNIFICIS DOMINIS,

DOMINO AXELIO
OXENSTI IERNA, POTENTISSI-
MI SVECIAE REGNI CANCELLARIO ET SENATO-
RI, L. BARONI IN KIMITO, DOMINO IN FI HOLMEN ET
TYDON EQVITI AURATO, &c.

UT ET

DN. JOHANNI SKYT-
TEN, SENIORI, L. BARONI IN DUN-
TEROF, DOMINO IN GRONSIO ET STROMSRUM,
EQUITI AURATO ET EJUSDEM REGNI SENATORI, ADMINISTRA-
TORI REGIÆ CAMERÆ, UPSALIENSIS ACADEMIÆ
CANCELLARIO, &c.

Dominis suis per quam gratioſis.



*Er illustres, Generosissimi & Admodum Magnifici
Domini, Domini gratioſi, Infecit quorundam animos pravae & per-
versae opinioſis labes, sanctam Evangelistarum quadrigam non
uno & eodem ſemper incedere tramite, ſed orbitam quandoque
premere adverſam, vel ut clarius eorum mentem detegam, fi-
dos illos Christi Amanuenses atque teſtes, memoria lapsu obno-
xiſos, in circumſtantiarum quaſandam annotatione, iri concilia-
bili contrarietate interdum diſſidere. Erasmus (quem Leo X.
P.R.in Epiftola versioni Nov. Testam. iſtar prologi galeati prae-
fixa dilectum ſuum filium, ſed Bellarminus R.E.Cardinalis, libr. I.
de verbo Dei cap. 9. ſemi Christianum vocat,) in notis ad cap.*

2. Matth. ſic diſſerit. Neque enim continuo forte vacillet totius Scripturæ ſacræ autoritas, ſic-
ubi Evangelia variant, vel in verbis vel in ſenſu, modò ſumma conſtet earum rerum, de qui-
bus agitur, & unde cardo pendet noſtra ſalutis. Ut enim Spiritus ille divinus mentium Apo-
ſtolicarum moderator, paſſus eſt ſuos ignorare quædam & labi, errareque alicubi judicio ſi-
ve affectu, non ſolū nullo incommodo Evangelii, ſed hunc etiam iſum errorem
vertit in adjumentum noſtræ fidei, ita fieri potuit, ut ita temperarit organum Apoſtolicæ
memoriae, ut etiam ſi quid humano more fugiſſet, id non ſolū deroget fidei divina Scripturæ,
verum etiam fidem arroget apud eos, qui alioquin de composito ſcriptum calumni-
ari poterant, &c. Solus Christus dictus eſt veritas, unus ille caruit omni errore. Adfuit
Spiritus divinus & divo Cypriano, ut eſt probabile, & tamen quædam illius rejiciuntur ab
Orthodoxis. Adfuit & Hieronymo, rejiciuntur & hujus nonnullæ. Adfuit Augustino, atq;
Harm. Tom. II. ſive Gerhardi Conti. pars prima.

† 3 ipſe